



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De morte Titi, De Domitiano persecutore, & de Lino, Cleto & Clemente.  
Cap. XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## RERVM MEMO. LIB. III.

diem se perdidisse, qua nihil boni fecerit. Ita omnium virtutum generē mirabilis fuit, adeo ut amor & dilectio humani generis diceretur. hic non nocuit Christianis. Per idem temp<sup>o</sup> Linus obiit Romanus pontifex, transactis in sacerdotio xij. annis. Cletus succedit.

### TITVS REGNAVIT DVO bus annis & totidem mensibus.

#### Caput XII.

**T**itus moritur post duos annos imperij sui & duos mienses. Domitianus vero frater eius minor statuit imperio. Cuius quarto anno apud Alexandria obiit Ammanus, post xxij. episcopatus annos. Abilius succedit. Cletus vero Romanus pontifex & ipse xij: annis sedet, & transiens Clementi papatum reliquit. Aiunt autem qui de cathedra Romane ecclesie perscrutati sunt, quod Linus & Cletus non sederunt ut pontifices, sed ut summi pontificis Coadiutores, quibus beatus Petrus tradidit ecclesiasticarum rerum dispositionem. Ipse vero tantum orationi & prædicationi vacabat. unde tanta autoritate donati, meruerunt in Catalogo pontificum reponi.

### PERSECVTIO DOMITIANI.

#### Caput XIII.

**I**n terea Domitianus portio Neronis, eiusq<sup>e</sup> impie tatis successor, Christianos valde persecutur, quoddam trucidat, quosdam bonorum direptione puniit, quosdā tradit in exilium, inter quos Flauiam Dominicillam egregiam virginem Christi, cuius gesta habentur, in insulam Pontiam deportari iubet, & beatū Iohannem euangelistam relegat exilio, ubi & Apoca-